



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 46. Cardinales Avenionenses datis a Rege literis ad differendam  
electionem monentur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

ri. Id cum Pontifex ipsis exprobras-  
set, respondent, Universitatis petitio-  
nem de alterutro ex tribus mediis,  
quæ in Epistola præscribebantur,  
assumendo sibi justissimam, & ad red-  
dendam Ecclesiæ pacem omnino ne-  
cessariam videri. Quibus verbis  
immodico dolore affectus Pontifex  
levi correptus est infirmitate, qua ta-  
men lecto non affigebatur, demum  
sequenti feria quarta, quæ erat sexta  
decima Septembris 1394. absoluto  
Missæ sacrificio in cubiculum se re-  
cipiens, & dolores pectoris conque-  
stus, apoplexia tactus exspiravit  
quinquagesimo secundo ætatis, & de-  
cimo circiter sexto Pontificatus sui  
anno.

### §. XLVI.

*Cardinales Avenionenses literis a Re-  
ge Galliæ datis electionem differre  
monentur.*

Cognita Clementis VII. morte o- Juv. Ursin.  
mnium studia eo tendebant, ut Car- & Monach.  
dinales Avenionenses novum Papam S. Dionys.  
eligere prohiberentur. Hinc Acade- Hist. Carol. VII.

k 4                   mia

mia Parisiensis ad Regem quosdam  
ablegavit Doctores, qui peterent, ut  
dictos Purpuratos auctoritate sua in-  
duceret, ut successoris electionem  
differrent, donec iste Legatos suos  
misisset, qui de mediis Ecclesiam u-  
niendi, collatis consiliis deliberarent.  
Rex postulatis acquievit, ea tamen  
lege, ut Academia publicas suas le-  
ctiones, ceteraque scholæ exercitia  
denuo auspicaretur, quod etiam fa-  
ctum est. Eodem tempore Caro-  
lus VI. senatum convocat, cui intere-  
rant Dux Aurelianensis, frater Re-  
gis, Bituricensis, & Burgundiæ Du-  
ces, ejusdem patrui, Episcopus Pu-  
teanus, Joannes Maingrius, cognom-  
ento Bucicaldus, aliique Proceres.  
Intenderat Rex Simonem Cramau-  
dum Patriarcham, Petrum Alliacen-  
sem, & Vicecomitem Melodunen-  
sem pro negotio pacis Avenionem  
mittere; cum vero Bituricum Dux,  
laicos, si mitterentur, libentius a Car-  
dinalibus recipiendos fore demonstra-  
ret, Raynaldus de Regis vulgo *de*  
*Roye* dictus, & Bucicaldus Mare-  
schallus,

schallus, Legati nominantur, quos præibat tabellarius cum Epistola, in qua Rex Cardinales obtestatur, ut usque ad adventum Legatorum electio-  
ni supersederent. Idem perscripsit Arragoniæ Rex, eorumque exempla sequebatur Germania; ipse quoque Bonifacius IX. ad Carolum VI., ad Cardinales, & Academias suos misit deputatos, qui eos monerent, ut ad tollendum schisma opportunitate tem-  
poris uti vellent.

### §. XLVII.

#### *Cardinales conclave ingrediuntur.*

Verum cuncta hæc monita in irri- Niem. 1.3.  
tum ceciderunt; adveniente e- c. 33. Da-  
nim Galliæ Cursore, Cardinales jam- cher. spicil.  
tom. 6.  
jam a die Sabbati vigesima sexta Se-  
ptembris ad vesperam conclave in-  
gressi, Regis literas, aut alias quas-  
cunque accipere renuebant, donec  
absoluta esset electio. Interim, ut  
Carolo VI. sincerum pacis studium,  
quo sane potior eorum pars duceba-  
tur, testatum redderent, formulam

k 5                conci-